



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum  
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

**Laymann, Paul**

**Dilingae, 1698**

Capitulum II. De precarijs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

quo ff. de varijs cognitionibus. Item si in locatione facta non sit mentio de certa mercede, ea secundum consuetudinem prae-ritam solvenda est, & generatim loquendo, si nihil expressum sit in contractu, id tacite videtur actum, & conventum, quod est de consuetudine loci, sicuti docet Bald. in L. 1. q. 2. cod. pro socio.

## CAPITULUM II.

## De precarijs.

## PARAPHRASIS.

Rectores quidam Ecclesiarum contractus preciarum irrationabiliter instituerunt, obligantes se, & successores sub certa poena ad observationem; in hoc casu successores, non obstante adjectione poenae quippe qua non obligantur, res ita concessas ad Ecclesiam revocare possunt.

## SUMMARIUM.

1. Quia potestatem habet contrahendi, habet etiam jus poenae conventionalis adijciendae.
2. Cedit tamen adjecta poena, si contractus lege restituente factus, vel nullus sit, vel infirmari debeat.

**N**otandum primum. Praelatus aut alius administrator, habens potestatem contrahendi nomine Ecclesiae, aut communitatis, potest adijcere poenam conventionalem. Ita colligitur ex hoc c. & c. dilecti 4. c. per tuas. 9. de arbitris & tradit Abb. hic n. 3. post Gl. v. poena.

**2** Notandum secundum. Si contractus fiat contra legem, sive lege resistente, & ideo infirmus sit, vel infirmandus, etiam adjecta poena cedit, nam accessorium naturam sequitur principalis, regula 42. in 6. Ita Gl. & Hostien. hic & sumitur ex textu, cum enim precaria, & quavis alienatio facta a Praelato irrationabiliter, & in damnum Ecclesiae sit contra Canones, atque a successore, imò etiam ab ipso Praelato concedente, vel alienante possit, ac debeat rescindi, se-

quitur, quòd etiam poena nomine Ecclesiae apposta corrumpat.

Secus autem est dicendum, si contractus non resistat, sed tantum non alifit, sive marginalis Glossa loquitur in L. patris. C. de patris. si contractus non sit contra Legem, sed praeter Legem; tunc enim appositio poenae valet, esto contractus non resistat argum. L. stipulatio. 38. §. alteri de verborum obligationibus. Ubi dicitur licet alteri stipulari non possim, si mea non intersit, ut alteri detur, posse tamen ad stipulationem poenam adijci, v. g. nisi dederit Titio, tantum mihi solves; tunc enim J. Crus, non inspicitur, quid intersit, sed quae sit quantitas, & quae conditio stipulationis.

Non obstat his L. si procurator. ff. de jure fisci; nam speciale id censetur debet, quod ibi decernitur, si procurator fisci duplum, vel triplum pro evictione promiserit, simpli duntaxat a fisco praestari esse; quemadmodum & id speciale est, quod subjungitur, si is, cui facultas vendendi rem fisci data est, vendiderit, emptoris non effici, nisi pretium solutum sit: quare idem dicendum de re Ecclesiae vendita; quod enim Ecclesia privilegij fisci, adeoque procurator rem Ecclesiae vel rem minoris pretii vendiderit, non transferri dominium ante pretij solutionem, tradit Accursius in cit. L. ibidem Bartolus in L. à Dron. §. si si emptor. n. 3. ff. de re judicata, Modestiana. 2. disp. 338. in fine. Quòd verò dicitur n. 6. eandem doctrinam ad Praelatum non legitime alienantem transfert, id non solum ostendi potest, cum lex illa, si procurator, & ibidem Accursius, Bartolus, & alij loquantur de procuratore, ac mandatario, cujus restrictior potestas est, quam Praelati, ideo major, ac liberior administratio concessa exigere videtur, ut in casu, in quo licite rem alienat, etiam fidem de precario habere possit, praeterquam si ratio, & causa alienandi cesset, nisi pretium statim numeretur, videlicet, ad Ecclesiae debita solvenda.